

2. *Fidem implicitam & virtuales esse, quando creditur principium aliquod, simul cum conclusione, quae inde deduci potest, adeo certum est, ut nulus possit contradicere.* 217 *Explicite*

v. gr. credimus, Christum esse verum hominem: nonne simul *implicitate & virtualiter* credimus, Christum esse risibilem? Qui credit, Christum esse verum hominem, immediate attingit essentiam hominis, & essentia hominis est proximum objectum ejus assensus: risibilitas autem immediate non attingitur; sed quia sub ratione proprietatis logicae immediate fuit ab essentia, dicitur *implicitate* credi & attingi cum essentia *explicitate* credita, tanquam conclusio in suo principio, unde & probari potest. Atque hac ratione *fides implicita est in intellectu.*

3. *Si quis credit uni articulo per ecclesiam proposito, ob veritatem Dei revelantis, necessario paratus est assentiri reliquis articulis, a Deo per ecclesiam propositis.* Si enim quis credit ob veritatem Dei revelantis, haec ratio formalis 218 assensus extenditur ad omnia, quae Deus revelavit, & in omnibus est eadem, licet objecta materialia sint diversa. Unde non potest aliquis fidelis judicare, dictam rationem formalem nunc sequendam esse, nunc repudiandam: sed si in uno articulo eam sequatur, necessario judicat, in omnibus sequendam esse; atque ita paratus est credere, quidquid Deus per ecclesiam docet esse revelatum. Nam si quis unum credat, & alterum neget, cum utrumque sit a Deo

Deorevel  
m. Et qu  
approbat  
omnia o  
gat unu  
niatur ra  
priori j  
sensum  
di circ  
bando  
vit.

4. T  
re per re  
am scilic  
paratus  
clesiam p  
na credit  
cessario  
ab eccle  
tholicus  
liter pro  
tur omni  
ecclesia  
citam r  
veritatu  
singula  
& singu  
omnis ho  
minum  
Dices  
est, ignar  
vari pote